



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Engelbertvs Episc. 7. Novemb.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

3. Fucata sunt mundi bona (quæ miscet pocula, dulcia videntur) sed revera amara sunt, iisque accenditur, non extinguitur sitis. Quo quis pluribus abundat mundi bonis, eo pluribus abundat miseriis. Quid ergo mundum amamus ubi nulla fides, sed multæ infidix, ubi plebs primoribus, invidet, & primores plebem opprimunt? *Repudiemus mundum parum fidem, utrobique suspectum; subjacet contumelia minor, major invidia.* Eucher.

S. ENGELBERTVS Episc.

7. Novemb.

Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Christus Matth. cap. 18.

CVnas vitam mortem, omnia in Engelberto præclara reperio, & digna insula Coloniensi, quam ille uti & libertatem Ecclesiæ etiam contra cognatum sanguinem (audiant utinam hæc illi, qui Christi patrimonia sua putant & in suos effundunt!) toto pectore propugnavit, ipsique adeo vitæ antehabuit. Neque enim alia ulla fuit causa Friderico Isenburgensi Comiti & patruo Engelberti, cur sub annum millesimum, ducentesimum & vigesimum quintum, immissis sicariis ex itinere

nepo.

nepotem obtruncaret, parricidio tot sceleribus quot vulneribus pleno, quæ quadraginta & septem erant. Nec vero minus piè, quàm fortiter est mortuus Engelbertus. Nam, ut taceam virginem solemnè omnibus diebus Mercurii jejunio cultam, monitus per literas de insidiis animum quidem confessione purgavit & lacrimis expiavit, cæterùm ut ne hostem proderet, igni literas damnavit. Fridericum deinde, cùm jam parturiret ultimum scelus, hospitio non semel cum suis excepit, neque comitem habere viæ abhorruit, utque Malus Genius ex ore alieno palam fassus est, moriens Christo Christi verbis pro hostibus suis supplicavit, facultatem ob id nactus mira (quæ innumera sunt) patrandi. Sub idem fere tempus lunæ geminam alteram lunam Cœnobia vidit gladio insignem, ne dubitaret Orbis, sideribus novum sidus Engelbertum additum.

Ex Surio.

MEDITATIO.

De Ira & vindicta spiritu franando.

I. **O** Dio habebis iracundiam, si diligenter observaveris ejus effectus. Vide, ut perturbat animæ tranquillitatem, quam de statu dimovet: ut nocet sanitati, ut vir iracundus sibi, aliisque gravis est. Quis enim consuetudinem amet illius, qui levi de causa ignescit

scit? Heu! peccatis meis infernum merui, & nihil pati volo, ut ea peccata deleantur? Martyrium passi sunt sancti, ego verò ne verbulum quidem? voluntatem tuam cum divina componeres nec tam facile irasceris, si crederes, quod bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt.

2. Vide, quod crimina nascuntur ex iracundia: hinc injuriæ, calumniæ, rixæ, bella: Ut iram extinguas, memento patientiæ, & mansuetudinis Christi. Audi mitissimum Iesum dicentem: *beati mites*. An fulgurat, an tonat Deus, quoties offenditur? Iratus nihil suscipias, nihil statuas, sed exspecta, dum remiserit ira.

3. Si quispiam te offendit, ubi deserbuerit iracundia, eum conveni, & inter te & ipsum solum expone, quid egerit; id si feceris, eâ, quâ par est benignitate & prudentiâ, profecto audiet, agnoscet peccatum, sine mora in gratiam redi cum eo, & tamen in ipso culpa resideat, prior tamen aperi reconciliationem. Officio suo si deest, ut quid deesses tuo, consiliumq; Christi contemneres.

S. GODEFRIDUS Episcop.

8. Novembr.

Sit Eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Christus Matth. c. 6.

Coepit